



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 133. Malacensis Præfектus ob Evangelii prædicandi facultatem Xaverio  
denegatam anathemate percussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

VIII.  
initia-  
as fe-  
m fu-  
t, &  
tem-  
s, &  
r, ut  
navis  
as in-  
popu-  
us eft  
ntiam  
, qui,  
utuas  
itione  
parum  
n Xa-  
tebat,  
inuit,  
t. Ob-  
ramen  
autab  
, tan-  
natum  
gis di-  
exhi-  
a sub-  
xcipe-  
m sua  
infer-  
udum  
Joan-  
nem

nem Surarium Malacensem Vicarium adiit, eidemque rei gestae seriem exposuit, precatus, ut hujus negotii curam in se fusciperet: Id quoque Xaverii precibus dedit Vicarius, atque Alvarum invisens eundem per Christi Domini viscera obtestabatur, ne se sepius Sancti hujus Viri consiliis opponeret; Insuper, si illius in augenda Religione conatibus obstare pergeret, ex Pontificis auctoritate eidem Ecclesiæ censuras denuntiabat, simulque eum hor tabatur, ne tam atrox facinus abs dubio severe admodum a Deo vindice plementum committeret; verum cuncta Xaverii monita in irritum cecidere.

Sæc. XVI.

A C. 1552.

§. CXXXIII.

*Malacensis Præfetus ob Evangelii  
prædicandi facultatem Xaverio  
denegatam anathemate  
percussus.*

Itaque Xaverius, cum Præfetti obsti nationem frangere desperaret, ad anathematis poenam adigebatur, quam etiam supremus Episcopi Vicarius contra Præfectum, omnesque ejus pertinaciæ fautores, aut criminis socios pronuntiabat: verum nechæc severitas ampliora, quam prius lenitas, ab obfirmatio illius animo extorquere poterat; quip-

Orland. l. 12.

" 93. & 94.

Turzelin.

l. 5. c. 7.

Sæcul. XVI pe ægre ab eo impetratum , ut solum  
A. C. 155<sup>2</sup>. Franciscum in Sinas abire pateretur,  
 quo in itinere Vir Apostolicus plurima  
 tolerare cogebatur.

## §. CXXXIV.

*Xaverius solus in Sinas profetus,  
 atque ad Insulam Sancianum  
 delatus.*

*Turcet. c. 8.  
 Orland. n.  
 102.*

Postquam Xaverius ad Insulam Sancianum a continenti circiter viginti quinque leucis e regione Cantonensis Provinciæ diffitam advenerat , Lusitanorum Mercatorum non pauci comperto Sinensis itineris consilio gravibus omnino verbis Xaverio eadem , quæ jam antea fuere prænuntiata , pericula significabant , dicentes , quod omnes aditus peregrinis penitus , intentatis etiam severissimis pœnis essent occlusi , atque omnino continentem attingere , extero homini nefas esset , nisi speciali Magistratus venia prius obtenta , quæ tamen non nisi ægerrime concederetur . Verum Xaverius hisce Mercatoribus eadem respondit , quæ ad Perezium , seu Petrium Societatis Jesu Sacerdotem , ac Malacensis Colegii Rectorem periscriperat . „Ex speciali , inquiebat Xaverius , Dei gratia ad arduam vocatus sum expeditionem , si vero difficultibus

„tibus forte territus de illius executio- *Sæcul. XVI.*  
„ne dubitarem, animumque desponde- *A.C. 1552.*  
„rem, hoc peccatum, quod sic com-  
„mitterem, præponderaret malis, quæ, *Epist. Xav.*  
„mihi intentantur: Jam vero ratum fi- *14. ep. 15.*  
„xumque animo est: Sinas pergere *Orland. n.*  
„constitui, nihilque me a meo proposi- *164.*  
„to avertere poterit, etiam si omnes in-  
„fernī portæ adversus me sese aperirent,  
„cuncta flocci pendo, dummodo Deus  
„mihi sit propitius; si enim Dominus  
„pro nobis, quis contra nos?

§. CXXXV.

*Cantonem venire prohibitus, morbo-  
que correptus.*

**C**um iter suum jamjam adornaret, no- *Tursel. c. 10.*  
væ oboriuntur difficultates; quippe *& II. n. 108.*  
recens ejus interpres, cuius ministerio *& 109.*  
summopere egebat, seu occulta Lusi-  
tanorum arte, seu periculorum metu  
inductus cum Xaverio iter prosequi re-  
nuit, eumque subito deseruit, nec mi-  
nus Mercator quidam, qui Xaverium  
comitari, eumque usque ad Cantonen-  
sem portum deducere sponserat, æ-  
que, ac interpres Sinensis fidem fefellit,  
nec suo promisso stetit. Omnibus hisce  
adversæ fortunæ vicissitudinibus fractus  
Xaverius rursus in morbum incidit,  
quem vix Mense Octobri Sancianum ap-

H h 4                    pulsus